



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CVII. Herzog Otto von Braunschweig und dessen Gemahlin Agnes
verleihen der Stadt Stendal die Zollhebung daselbst, am 12. April 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

lenware an vns komt, so scole we vfen vorbenomeden borgeren ere ersten len lenen ane allerley belcättinghe. Wunne me ock jenich roshus mit hulpe dhes landes vnd der Stede in dher marke, dat scole we breken vnd se scoolen vns vse kost vnde vfen scaden erlecken. To eyner openbaren bekantnisse alle diser dinghe hebbe we dissen bref ghegeuen vnd befegelet laten mit vsem Inghefegele. Dar hebbet ouer wesen vse trauen man vnd ridder geuehart van aluenfleue, guncelin, werner vnd boffe von bartenfleue, conrad van restorp, hinrick van bouenten, conrad von Osterborch, ludolf van hollege, albrecht van luderiz dhe jungher vnd thiderick, vse scriuer. Dit is ghesen vnd disse bref is ghegeuen na dher bort goddes dusent vnd drehundert jar, in dheme vervndtwingesten jare, dhes achteden dages sancte Agneten dher heyligen Junckvrowen.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 56.

CVI. Die Herzogin Agnes von Braunschweig übergiebt dem Rathe zu Stendal für die Gewand-Schneidergilde 10 Pfd. in der Münze, am 13. November 1324.

Nos Dei gratia Agnes, Ducissa in Brunswic, recognoscimus, publice in his scriptis, quod nostris dilectis Consulibus in Stendal porreximus et presentibus porrigimus decem talenta in moneta eiusdem ciuitatis, que ad unionem pannicidarum, que vulgariter dicitur Wantniderghilde debent pertinere. Ad cuius evidentiam presentem litteram nostro Sigillo dedimus roboratam. Testes huius sunt Albertus de Aluenfleue, Guncelinus de Bartenfleue, Conradus de Osterborch, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Tangermundis, Anno Domini MCCCXXIV, in die beati Briccii Episcopi et confessoris.

Hist. Sammlung Heft IV, 382. 383 — wo das Datum eigentlich in die beati Biceii lautet.

CVII. Herzog Otto von Braunschweig und dessen Gemahlin Agnes verleißen der Stadt Stendal die Zollhebung daselbst, am 12. April 1325.

In nomine Domini Amen. Otto, dei gratia Dux in Brunefwich, et Agnes, nostra conthoralis, ex eadem gratia ibidem Ducissa, omnibus presentem paginam visuris aut auditoris salutem in Domino sempiternam. Scimus quod instabilis est vita hominum super terram, et non est nisi quedam serenitas hyemalis, que nunc leta tristibus immiscet, nunc eciam letis tristia perconfundit et propter diuersos successus hominum perimuntur gesta fidelium; quare decet et expedit, ut fulcian- tur testibus et testimonio literarum. Hinc est, quod uniuersis cristiane fidei professoribus volumus esse notum, quod ciuitati nostre Stendal et burgenfibus inibi commorantibus contulimus et in presentibus conferimus nostrum theloneum in jam dicta ciuitate Stendal iusto et vero titulo phee-

dali per se et suos successores, veluti jam prelibatum est, in perpetuo possidendum. Pro qua siquidem collatione rite per nos facta, Consules ejusdem civitatis nobis XXVI. Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis dederunt in parato. Ne igitur quisquam in posterum ausu temerario presumat huic collationi obuiare, presentem literam dedimus sigillorum nostrorum appensione firmiter roboratam in sufficiens testimonium. Actum et Datum Tangermundis, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, feria sexta infra Octavas Pasche. Nihilominus adhibitis testibus Conrado de Osterborch, Heyfone de Vrfleue, nostris militibus, Friderico de Vincelberge, nostro Marschalco, Henrico de Buech, armigeris, Dominis Roger et Henrico Man, nostre curie Capellanis, et quibusdam nostris comburgensibus in Stendal videlicet Jacobo de Sludan, Rudolpho de Bismarke, Joanne de Arneborch, qui placitauerunt ex parte dicte civitatis et presentibus cum aliis quam plurimis fide dignis.

Gercken's Verm. Abh. III, 185. 186.

CVIII. König Ludwig bestätigt der Stadt Stendal den Besitz des Hofes,
am 18. October 1325.

Nos Ludowicus, Dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, recognoscimus publice per presentes, quod quia prudentes Viri Cives de Stendal fideles nostri dilecti, Thelonium ejusdem Civitatis Stendal ab Illustribus quondam Marchionibus Brandenburgensibus pro sua pecunia emerunt, sic quod iidem Cives predictum Thelonium omni jure, quo alias suas proprietates tenent et possident, tenere debent et ut eorum proprium in perpetuum possidere; Nos eorundem Civium fidelitatis Constanciam attendentes ipsis predictum Thelonium omni modo et forma, sicut ipsi hoc comparaverunt, presentibus duximus applicandum. In Cujus rei testimonium presentes ipsis dedimus Majestatis nostre Regie Sigilli munimine roboratas. Datum in Nurenberch, feria Sexta proxima post festum beati Galli, Anno Domini Millesimo Trecentesimo vicefimo quinto, Regni vero nostri Anno undecimo.

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. D., Sp. 154. — Lenz Br. Urk. S. 226.

CIX. Bischof Albert von Halberstadt gestattet dem Rathe zu Stendal den Abbruch der Kirche,
welche zu Neuwinkel vorhanden gewesen, am 29. März 1327.

Nos Albertus, Dei gracia Halberstadensis ecclesie episcopus, coram universis Christi fidelibus hujus litere tenorem auditoris recognoscimus protestantes, quod cum consensu plebani in Arnem et patronorum nostram plenariam voluntatem et posse dedimus atque damus per presentes providis et honestis viris consulibus civitatis Stendal destruendi ecclesiam in Neu-